eum ad mandatum nostrum et in nostris manibus tactis scripturis sacrosanctis ad sancta dei ewangelia prestito iuramento, quod ipse aut pars sua predicta tantum et amplius expenderat vel necessario expendere habetur in et pro lite ac causa antedictis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostre sentencie nec non taxacionis expensarum litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostras sentenciam atque taxacionem expensarum in se continentes sive continens exinde fieri et per Bartholomeum notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Taxate fuerunt expense predicte per nos Petrum cardinalem iudicem et commissarium prefatum in civitate Austria in domibus nostre residencie predictis inibi ut supra pro tribunali sedentes sub anno, indiccione et pontificatu quibus supra, die Veneris vicesima tercia mensis augusti supradicti, presentibus ibidem reverendo patre domino Marino episcopo Aprutinensi supranominato et discreto viro Bartholomeo Scholer de Erstorp clerico Coloniensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

*(Signum notarii)* Et ego Bartholomeus quondam Gerardi de Sexto clericus Bononiensis publicus imperiali et communis Bononie auctoritate notarius prefatique reverendissimi patris et domini domini Petri cardinalis iudicis et commissarii huiusmodique cause coram eo scriba, quia predictis sentencie promulgacioni expensarumque taxacioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic ut premittitur agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus interfui eaque sic fieri vidi et audivi, idcirco hoc presens publicum instrumentum per alium me aliunde occupato fideliter scriptum de eiusdem domini cardinalis et commissarii mandato exinde confeci et publicavi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum prefati domini cardinalis iudicis et commissarii sigilli appensione signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

## 128.

*Papst Alexander V. zieht nach einer ausführlichen Darstellung des Rechtsstreits zwischen den Land- und Markgrafen Friedrich IV., Wilhelm II. und Friedrich dem Jüngeren und den Burggrafen Johann III. und Friedrich VI. von Nürnberg die von ersteren bei dem durch das Konzil zu Pisa abgesetzten Papst Gregor XII. erhobene Appellation an sich, überträgt die Sache dem Kardinalpresbyter Franciscus und erklärt alle von Gregor XII. seit seiner Absetzung vorgenommenen oder noch vorzunehmenden Verhandlungen für null und nichtig.* **Pisa, 1409 Aug. 10.**

*Hdschr.: Or. Perg. (an einzelnen Stellen vermodert) Gemeinschaftl. Archiv Weimar Reg. F fol. 275 F No. 13. 2. Die Bleibulle an Fäden von gelber und roter Seide. — Gleichzeit. Abschr. Rom Vatikan. Archiv Reg. Lat. 136 fol. 166ᵇ (R).*

*Anm.: Ueber die Stellung der Wettiner zu den Bemühungen um die Beseitigung des Schisma und zum Pisaner Konzil ist wenig überliefert. Dem königlichen Tage zu Nürnberg, der sich Ende Oktober 1408 mit der Kirchenfrage beschäftigte, wohnte Markgraf Wilhelm II. bei, vgl. Deutsche Reichstagsakten 6,309 10 (310 30). Zu dem Frankfurter Fürstentage — von dem ebenda 313 vermißten Einladungsschreiben König Ruprechts findet sich das an den Bischof von Naumburg gerichtete Exemplar dat. Nürnberg Okt. 29, Or. Pap., im Gemeinschaftl. Archiv Weimar Reg. B fol. 212 No. 1 Bl. 5 — erschien 1409 Jan. 13 oder 14 Markgraf Friedrich IV. (nicht Friedrich der Jüngere, wie im Register zu den Deutschen Reichstagsakten 6,825 angenommen wird), vgl. Theodoricus de Nyem De scismate libri*